



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vincentii Lirinensis Galli, Pro Catholicae Fidei Veritate et
antiquitate, aduersus prophanas omnium hæreseon
nouationes Libellus**

Vincentius <Lerinensis>

Venetijs, 1549

De paruulis baptizatis 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-36089

DETER. SCH. PARI. SVP. ASS. D. ERA. RO. 3
Titulus 1. De paruulis baptizatis in epistola
præposita Paraphrasî in Mattheum
propositio Erasmica.

M*ibi uidetur non mediocriter conducere, si pueri*
baptizati, cum iam ad pubertatē peruerterint, iu-
beantur concionibus adesse, in quibus illis diluci-
de declaretur, quid in se contineat professio baptismi. Dein
de diligenter priuatim examinentur à probis uiris, satis ne
teneant ac meminerint ea, quæ docuit sacerdos. Si cōperien-
tur satis tenere, interrogentur ratum ne habeāt, quod susce-
ptores illorum nomine polliciti sunt in baptismō. Si audita
professione non approbent, quod gestum est per uicarios,
omnia tentanda sunt, ne quis resileat à prima fide. Quod si
non potest obtineri, fortassis expediet illū non cogi, sed suo
relinqui aīo, donec resipiscat: nec ad aliā interim uocari pōe-
nā, nisi ut ab eucharistia sumenda reliquisq; sacramentis ar-
catur. Cæterū nec à sacris, nec à concionibus excludatur.

Censura.

Consilium hoc, quantum ad id, quod suadet petendum
à paruulis baptizatis, dum iam sunt adulti, ratū ne habeāt,
quod susceptores illorum nomine in baptismō promiserūt,
et si non approbent, fortassis expedire eos relinqui animo
suo, donec resipiscant, nec interim aliter puniri, nisi qd' non
tradantur eis sacramenta ecclesiæ, impiuū est et in perniciem
uergit fidelū, uiā aperiens abolendæ christiane religioni.

Ratio.

Si enim paruuli baptizati, ubi adoleuerint, interrogati
negent se rata habere, quæ susceptores nomine illorum pol-
liciti sunt, mox et ipsi suæ peruersitati adhærētes à christia-
nismo deficerent, et eorum exemplo multi alij. In dubium

DETERM. SCHOL. PARISIEN.

præterea reuocare, an baptizati paruuli, ubi ad annos discretionis peruerent, possint cogi ad tenendum fidem catholicam, apertā præfert impietatem. Nam cum fide tenetur, baptizatos paruulos esse fideles filios Dei & heredes regni cœlestis, fide quoq; tenendum est eosdem iam adulescere de gremio ecclesiæ: ideoq; eisdē legibus esse obnoxios, quibus cæteri orthodoxi adstringuntur, haud secus quam aliarum cōmunitatū paruuli, ubi ad pubertatis annos peruerent, legibus suarum politiarum deuinciuntur, quāvis in illas formaliter per se non consenserint. Vnde nec minus possunt cogi paruuli christianorum baptizati ad fidem Christi seruandam, quām olim paruuli Iudeorum circumcidere legem Mosaicam: de quibus tamē nephias est hæsitare, si lege siquidem circuncisos uniuersæ legis faciēdæ debitos pronunciat Apostolus, & decreuit dñs in lege ueteri morte plectendos quoscunq; à semel suscepta lege recedētes. Declararunt item nonnulli summi pontifices tanquam contra hæreticos procedi oportere aduersus eos, qui cum paruuli essent, baptizati sunt: ubi autem dolí facti sunt capaces, ad ritus se conuerterunt Iudeorum.

Titulus 2 De morte Christi Luca 22.

Propositio Erasmi prima.

IEsus suam mortem nō lugubrem, sed gloriosam esse uoluit, nec eam deplovari uoluit, sed adorari, ut que sponte pro salute totius mundi suscipiebatur.

Censura.

Hebræ.2 *Etsi pretiosa est mors Christi & gloria, ut que mortem & mortis destruxit authorem: non cōtinuo non est ipsa lugubris & fidelibus deflenda, pro quorum salute exhibita sponte est. Nam cum per regum prophetam Chris-*